



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Haeresis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

stuosi cum monacha. cano. si quis sollicitauerit in glo. 27. quæstione. 1. Vnde decimò, committens laicæ maiestatis crimen. canon. si quis de pœnitent. distinction. 1. Duodecimò, Simoniaci secundum aliquos, quia videntur parres læditibus maiestatem. Tertiodecimò, qui non possunt habere neque in proprio, neq; in communione, vt erant minores. clemen. exiui. de verb. signi. §. cupientes. Hæres quomodo tenetur ad vora defuncti implenda. infra. Vo. tum. §. 24. De generibus. & speciebus substitutionum hæredis. vide Sil. hæreditas. §. 4.

## EREMITA.

<sup>1</sup> E R E M I T A est, qui verè, & purè solitariam vitam eligit, in can. qui verè. 16. quæstion. 1. in glo. & ad prælaturam potest vocari tantum auctoritate Papæ. in c. cùm monasterium. de elect. Et hi non habent determinatę regulam, vel vitam, secundum glof. in dict. ea. qui verè. Nec vita eorum strictior est vita monachorum.

<sup>2</sup> E R E M I T A E qui elegerunt vitam solitariam in spiritu libertatis, habent solenne votum castitatis, non autem obedientiæ, secundum Tho. secunda. quæstion. 186. at. 5. & proprium habere possunt.

<sup>3</sup> E R E M I T A E huiusmodi gaudet priuilegio clericali secundum veriorem opinionem, licet aliqui oppositum dicant. Vide suprà. Excommunicatio. 1. §. 8. dummodo alicui regulæ sint astrixi, vt limitat Arch. vel gaudent hoc priuilegio.

<sup>4</sup> R E L I G I O S I cum licentia suorum prælatorum possunt eligere vitam eremiticam, id est, solitariam: tamen semper sunt religiosi habentes tria vota, nec expedit, quod prælatus tamē licentiam tribuat, nisi valde perfectis, qui aliorum regimine non egent: secundum Thom. secunda secundæ q. 188. a. viti. Periculosisimum enim est habitare solitariæ.

## HÆRESIS.

<sup>1</sup> HÆRESIS crimen infidelitatis est ex tribus constans, scilicet error in his, quæ ad Christianam fidem damnandus est: vt in d.c. cum contumacia.

pertinent, & pertinacia. Aduerte tamē propter hæretici: quorum quædam sunt credenda vt iam ab ecclesia determinata (vt quod spiritus sanctus procedat à patre, & à filio) & in huiusmodi non requiritur alia pertinacia, nisi non credere, quia satis videtur pertinax, qui dictis sacrae scripture, vel determinationi ecclesiæ non acquiescit. Aliqua autem sunt ambigua non dum determinata ab ecclesia, nec clara in sacra scripture, & qui non credit illa, non est hæreticus, nisi sit adeo pertinax, quod etiam si ecclesia hoc detinet minaret, nolle credere. Aduerte secundum, quod licet quis sit tantum mente hæreticus, non est excommunicatus, quia ecclesia non iudicat actum mentis nudum, sed si adiungatur aliquis actus exterior, etiam si sibi tantum loquatur, incidit Cae. ibi concor.

<sup>2</sup> Si quis autem non cederet etiam quæ sunt determinata per concilia, vel sacram scripturam ex ignorantia, vel simplicitate, licet erraret, non tamen esset hæreticus: quia pertinax non est. Requiritur autem, quod sit baptizatus, & aliquid fidei tenet, aliter cerneretur infidelis, vel apostata: secundum Archi. Floren. & omnes huiusmodi sunt excommunicati suprà. Excommunicatio. 9.

<sup>3</sup> S V S P E C T I de hæresi, nisi ad arbitrium Episcopi se purgari, possunt excommunicari. capit. ad abolendam. de hære. & si excommunicationem animo indurato sustinuerint, tunc velut hæretici sunt condemnandi. c. excommunicamus ele. 1. de hære. libr. 6. Si tamen prius specialiter fuerint requisiti ad respondendum de fide, & se de tali suspitione purgent. c. cum contumacia. de hære. libr. 6. Et si pro contumacia in causa hæresis fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, pro hæretico habetur: secundum Panor. in cap. fin. de pœni. in glof. & vt hæreticus punitur. d. c. cum contumacia.

Si autē pro alia causa fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, non pro hæretico, vel de hæresi conuictore in his, quæ ad Christianam fidem damnandus est: vt in d.c. cum contumacia.



HÆRESIS.

macia. sed pro suspecto habendus est: tur. capitul. quæcunque. eod. titul. bo-  
vt est text. in d. capit. fin. nec hæc suspi-  
tio est violenta, sed tantum probabi-  
lis secundum Inno. & poterit sibi pur-  
gatio canonica indici, in qua si defe-  
cerit: pro conuicto habeatur, in capit.  
inter. de put. ca. & d.c. excommunicati-  
onem præsumitur enim male senti-  
te de sacramentis ecclesiæ: secundum  
Panormit. ibi, & de potestate ecclesiæ:  
quia non curat de excommunicatione.  
d.c. fin.

<sup>4</sup> Q u i propter metum osculatur se-  
pulchrum Mahumeti, vel vtitur si-  
gno ludeorum, vel infidelium, & hu-  
ijsmodi, & non credit sic mente, non  
est hæreticus, vel excommunicatus,  
licet mortaliter peccet: vt suprâ, Apo-  
stata. §. 4. Fides. §. 6. iusfrâ Infidelitas.  
§. 1. Occultate autem propriam  
fidem, quando quis non tenetur con-  
fiteri, & properter rationabilem cau-  
sam, nô est malum: securus in casu, quo  
quis tenetur confiteri. Cùm hæreti-  
cis nullus debet commercium habe-  
re: vel eos in propria domo recipere,  
& magis sunt cauendi hæretici, quam  
alij properter periculum: securus si pro  
bono animæ illorū pticulo cessan-  
te. extrâ, de hæreti. capitul. sicut ait. Et  
ibi Panormita.

<sup>5</sup> HÆRETICORVM bona sunt  
ipso iure confiscata, & statim commis-  
so criminis, hodie perdut dominium.  
capit. vt inquisitionis. de hære. §. pro-  
hibem⁹. in sexto. intellige quâdo sunt  
damnati: vt in dict. capitul. ad abolé-  
dam, sed si ad misericordiam acceptâ  
tur, debent eis bona dimitti. capitul.  
accusatus. §. porro. de hæreti. Et licet  
filii sint catholici, tamen proper pat-  
ris delictum hæreditate priuantur.  
capitul. vergentis. de hæred. & capitul.  
cum secundum leges. eod. libr. sexto.  
nisi filii reuulsant patris delictum,  
vel ex longa possessione dicta bona  
præscripsissent. capitul. fin. libr. sexto  
de præscrip. vxor tamen dotem suam  
non perdet, nisi ipsa scienter cum hæ-  
retico contraxisse. capit. decreuit. eo.  
libro sexto. nec mācipatio post crimi-  
nis per interpretationem valet vt excusen-

<sup>6</sup> Q U A M V I S de confiscatione hu-  
ijsmodi bonorum multa sint statuta  
& ordinationes, tamen hodie fit, &  
fieri debet, vt inquisitor, qui habet  
prouidere omnibus, qua ad inquisi-  
tionem pertinent, habeat omnia. Nam  
Ioan. in extrauganti iubet oœnia di-  
uidi, & dari in adiutoriū officij. Ideo  
neque camera Apostolica, neque im-  
perialis, neque communis, nec offi-  
ciales habebunt aliquid secundi iura  
neq; Episcopus, sed solus inqui-  
sitor, & quo ipse habet prouidere de  
caceribus, & alijs. De hoc extat con-  
silium Domini Ludouici Bolignini.  
Vide hanc quæstionem bene determi-  
natam à magistro Ioan. Tab. ibi. §. 6.  
circa medium.

<sup>7</sup> HÆRETICI, credentes, recepto  
res, defensores, fautores, ipsorumq; fi-  
lij vsque ad secundam generationem  
nullum ecclesiastici beneficium, vel  
officium publicum adipisci possunt:  
vt in d.c. quæcunque, intelligit secun-  
dam lineam paternam, quo ad secun-  
dam generationem in masculis, in fe-  
minis quo ad primam. Vide c. statu-  
tum el. 2. eod. li. 6. Et si clericus ad pre-  
ces horum pestilentiv, dignitates, per-  
sonatus, vel alia quæcunque ecclesiasti-  
ca beneficia scienter est adeptus, ipso  
facto illis est priuatus, & ad similia in-  
habilis. si ignoranter, târum de illo est  
priuatus sic habitu. in dict. c. quæcun-  
que. de hære. eod. titul.

<sup>8</sup> HÆRETICORVM filij, declara-  
ta sententia de hæreti contra parentes  
eorum, sui iuri efficiuntur. Et intel-  
liguntur effecti a die commissi crimi-  
nis, & emancipatio facta post, non te-  
ner. in d.c. quæcunque. vt suprâ. §. 1.  
dictum est. Hæretici credentes, &c.  
appellare non possunt. per d.c. vt in-  
quisitionis.

<sup>9</sup> C O N T R A hæreticum mortuum,  
contra quæ in vita nô fuit, processum,  
potest procedi, & condemnatio fieri,  
quod



quod est speciale in hoc crimine c. sa- te eis, nec litigantibus sub eorum ex- n. 24. q. 2. Quomodo autem proceda mine, aliter ab officio sunt suspensi, & tur, vide Tab. ibi. §. 11. Et inquisitor perpetuo infames. cap. si aduersus. de osa eius poterit exhumari facere, & hæretic.

comburi, si discerni ab alijs possunt. c. 2. de hæret. li. 6. & hoc infra quinque- num debet fieri, quod cutius est, & non vlt̄: vt ca. de apposta. li. si quis defun- c̄um. vel usque ad vigesimum, secun- dum alias, & vlt̄.

<sup>14</sup> C O N T R A hæreticos credentes, & huiusmodi, ad testificandum admittuntur etiam excommunicati, partici- pes, & loci criminis. c. in fidei fauore. eod. tit. lib. 6. & officiales excommuni- cati, contra eos suū officium possunt exercere requisiti ab inquisitore, vel ab alio, qui possit requirere. ca. præsiden- tes. eod. tit. lib. 6. neque eis aliquid re- linquendum est in testamentis, nec hæ- redes instituendi sunt. per. c. si quis E- piscopos, de hære. lib. 6. & Episcopos, vel clericus oppositum faciens, est ex- communicatus in d. c. si quis Episco- pus, quod est argumentum detestandi valde criminis.

<sup>15</sup> F A M V L I, serui, liberti, & alij ali- qua obligatione hæreticis astricti, si ta- men sunt manifesti, vt ad probationē processum est, ipso facto liberantur. c. fi. eo. tit. etiam à promissione solu- tis iuramento firmata, vel pena: vt not. gl. ibi. Inclige tamen, si non acce- ptatur ad misericordiam.

<sup>16</sup> H A E R E T I C I quomodo punian- tur pena ignis, & secularibus iudici- bus relinquantur: vide cap. excommu- nicamus. el primo, eodem tit. & quo- modo degradantur. Vide Tab. ibi. §. 15. Sunt etiam priuati ecclæstica se- pultura. c. sicut. eo. ti. & qui eos sepul- tura ecclæsticæ dant, ipso iure sunt excommunicati. c. quicunque. eod. ti. lib. 6. Intellige prædicta, nisi peniteat eos, quo casu etiam quod forent rela- pti, possunt eis dati sacramenta. c. su- per eo. eod. lib. 6.

<sup>17</sup> P R O huiusmodi hæreticis creden- tibus, &c. nullus cabellio publica in- strumenta, vel scripturas facere po- tent, nec aduocatus in aliqua causa, vel facto potest patrocinium præsta-

mine, aliter ab officio sunt suspensi, & perperuo infames. cap. si aduersus. de

os. eius poterit exhumari facere, & hæretic.

<sup>18</sup> D E pœna fautorum, receptatorū, &c. vide cap. excommunicamus. el 1. eod. quomodo admittuntur ad abiu- rationem. cano. ego Berengarius. de conse. d. 2. & dicto capitul. ad abolen- dam, post debent absoluī, & quomo- do. capitul. cūm desideres. de sentent.

excommunic. & posteā imponatur, quod solet iniungi. d. c. ego Berenga- riū. Sine tamen huiusmodi imposi- tione ex causa potest absolui: secun- dum Innoc. in c. à nobis. el 2. de sent.

excommun. Potest etiam inquisitor pœnitentiam pecuniariam imponere: quia arbitria est, vt dicit capitul. ad abolendam. & Innocent. III. decla- rauit in quadam extrauaganti, quæ incipit: Super extirpatione, quod pos- sunt eas imponere, & expendere in

sustentatioem officij inquisitionis, etiam clericis, si habent patrimonium pro- prium, alias non: quia ecclesiærum bona non debent minui. cap. 2. de hæ- re. Alias etiam pœnas potest im- ponere. in dicto capitul. ad abolendam.

& capitulo, excommunicamus. quas

si non perficiat, est damnandus. in

dicto capitul. excommunicamus. §. si

quis.

<sup>19</sup> P O E N A imposta tradito brachio seculari, non potest per inquisitorem mitigari, vel mutari: quia iā post sen- tentiā definit esse iudex. in capitulo, cūm literis, de offic. delega. secus si ac- ceptauit ad misericordiam. c. vt com- missi. §. illorum. eod. libro. 6. quia nou- definit esse iudex, & ista pœna arbi- traria sunt.

<sup>20</sup> Q U I N O credit scripturæ ac- ceptatae ab ecclæsia, est hæreticus. Nam ex hoc sequitur, quod spiritus sanctus nō sit locutus per prophetas, vel quod falso dixerit: vel quod ecclæsia erret circa ea, quæ sunt fidei, quod (vt suprà Concilium. §. 3. diximus, ) esse non potest.

<sup>21</sup> Q U I N O non credit determinatis ab ecclæsia circa fidem, vel bonos mores,

t s sed



## HERMAPHRODITVS. HISTRIO.

## HISTRIO.

sed oppositū pertinaciter affirmat, est  
hæreticus, quæ pertinacia depræhen-  
ditur, quando declarato errore, stat  
quis pertinax, quando depræhensus à  
iudice in huiusmodi nō vult abiura-  
re, nec resilire, modo suprà dicto. Du-  
bitare etiam de huiusmodi cum con-  
sensu rationis, est hæretis, & mortale  
peccatum: quia dubius in fide dicitur  
infidelis. c. dubius cod. Debet igitur  
Christianus in credendis firmus esse,  
nec dubitare.

<sup>18</sup> HERES 15 ad vitium superbiæ  
potest reduci, & est magnum peccatum:  
quia subvertit fundamentum totius  
boni operis, sine quo salus esse non po-  
tett.

<sup>19</sup> D E inuentoribus hæresum, vide  
directorium inquisitorum. Tab. ibi. §.  
27. usque 51. Quomodo inquisitores  
se debent habere erga hæreticos, vide  
Sil. ver. hæretis, 1. & de lamiis, ibi. 3. Si  
hæreticus fecit aliquem actū extero-  
rem, vel dixit verbum hæreticū etiam  
sibi soli secrete, est excommunicatus in  
cœna Domini, &c.

## HERMAPHRODITVS.

<sup>1</sup> HERMAPHRDITVS habens  
utrumque sexum, qui magis ad  
fæminum declinat, non potest esse  
testis in testamento, sicut nec mulier:  
secundum gloss. in cap. si testes. 4. q.  
3. secus, si magis ad masculinum ver-  
git. Si est paritas: secundum Guliel.  
enseetur ut mulier: & ita non admit-  
tendus, nisi ut mulier: sed d. gloss. non  
determinat.

<sup>2</sup> Si virilis sexus magis incalescit, non  
tamen debet ordinari: quia est quid  
monstruosum. argu. in c. illiteratos. d.  
36. si ordinetur characterem recipit,  
non autem si est sexus par, vel feme-  
neus magis: secundum d. Guliel. quo  
autem ad contrahendum, debet con-  
siderari sexus validior, quod sit sic par,  
etius electioni stabitur: secundum dict.  
gloss. & Bald. in l. quæ situr ff. de stat.  
hom. & hanc dicit esse Gulielm. deter-  
minationem, quæ etiam rationabilis  
satis videtur.

HYPOCRISIS, suprà Fictio, id  
est, simulatio.

<sup>1</sup> HISTORVM ars consistit in  
dando delectationem alijs, in di-  
ctis, vel factis: id est si debitum circuista  
tis exercetur, non est peccatum: se-  
cundum Th. secunda secundq. q. 169.  
a. 3. Respectu materiæ potest esse pec-  
catum: vt si veritet circa dicta, vel fa-  
cta in honesta, vel ponendo diuina, vel  
scripturam sacram in locu, vel dicen-  
do iniuriosa, despiciua, adulatoria, &  
huiusmodi. Peccatur etiam respectu  
loci, temporis, negotij, personarū, du-  
horum aliquid non obseruant. Ex si-  
ne etiam contingit peccate, dum mi-  
mis cupiunt hominibus placere. Et  
communiter est veniale, nisi quando  
interuenit materia ex suo genere mor-  
talis: vt iniuria proximi, contemptus  
diuinorum, & familiæ. Et propter hæ-  
annexa, hæc ars damnatur cum danti-  
bus. c. donare. dist. 86. Iftis negatur co-  
munio. c. per dilectionem. de consecr.  
distinct. 2. quod tamen non fieret, nisi  
propter mortale.

<sup>2</sup> DANTES eis aliquid, vt in tali cri-  
mine, vel officio damnato persecutæ,  
mortaliter peccant: secus si dant: quia  
sunt in extrema miseria, vel ne eos dif-  
famant, vel alio pio respectu. Et d. ca.  
donate. debet intelligi de illicitis mo-  
dis. Dicit Gul. quod qui dant huius-  
modi histrioibus, vel maledictis, ne de  
ipsis mala euomant, eosque infamet,  
non peccate eos credit.

## HOMICIDIVM.

<sup>1</sup> HOMICIDIVM, id est iniusta  
hominis occisio, mortale pecca-  
tum est, quia contra iustitiam, & pro-  
ximi charitatem. Aliquando est per se  
inteatum, aliquando per accidentem. Oc-  
cidens autem aliquem innocètem vo-  
luntariè, mortaliter peccat. Excusan-  
tur tamen iudex, & ministri, innocè-  
tem occidentes, secundum allegata, &  
probata: quia licet sit innocens in co-  
scientia, non tamen in fato exteriori,  
& apud homines. Excusantur etiam  
milites ex obedientia euntes ad bellū,  
quod reputatur iustum, si bi aliquos  
occidunt, etiam in veritate innocentis,  
licet non reputentur: secundum  
Caieta.

